Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De aq(ua) pluuial(i)

Caput. xij. de pluuial(is) aq(ue) generac(i)o(n)e

a Aqua pluuialis composita est ex vapore aqueo et terre exalacione. Sol enim et astra suo effectu calida dicit Aristoteles primo methaurorum tractatu tercio. Sursum ab omni humido, maxime a terra vaporem eleuant qui a frigido loci inspissatus, tandem in aquam conuertitur, et cum se diucius propter grauitatem quam ~~patitur~~ adipiscitur, continere nequit, in terram delabitur. Et si nubes ex qua fit, multe est caliditatis, ipsiusque eleuacio multa fuerit, per suam raritatem, vndique loci puta aeris frigiditati in quo colligitur, facile prebet ingressum, eiusque partes simul constringendo in aquam conuertit. Qua conuersione guttas perquam grandes, claras et prope suaues, diffundit, labrocetas cognominatas. Dum vero vapor eleuatus paucus fit et aliquanto frigidior loci frigiditas eum minus ingrossat, neque confluere facit. Vnde nimbus pulueris instar descendit. Quorum causa psecades dici Aristoteles recte putauit. Experimento dictum accidit: in caloris tempore, labrocetas. In frigoris autem, persecades deriuari.

Caput. xiij. de natura aq(ue) pluuial(is)

d Et ea dicit hyppocrates In libro de aere et aq(ua): Quod aq(ua) pluuialis leuis est et dulcis: et valde luminosa. Forte credo